

---

*Der folgende Text soll in angemessenes Deutsch übersetzt und durch die Bearbeitung der unter II. gestellten Aufgaben sprachlich erläutert werden.*

## **I. Übersetzung**

### **Eine Anfrage des jüngeren Plinius bei Aristo**

1 Cum sis peritissimus et privati iuris et publici, cuius  
2 pars senatorium est, cupio ex te potissimum audire, erraverim  
3 in senatu proxime necne, non ut in praeteritum (serum enim),  
4 verum ut in futurum si quid simile inciderit erudiar. Dices:  
5 'Cur quaeris quod nosse debebas?' Priorum temporum servitus  
6 ut aliarum optimarum artium, sic etiam iuris senatorii obli-  
7 vionem quandam et ignorantiam induxit. Quotus enim quisque  
8 tam patiens, ut velit discere, quod in usu non sit habiturus?  
9 Adde quod difficile est tenere quae acceperis nisi exerceas.  
10 Itaque reducta libertas rudes nos et imperitos deprehendit;  
11 cuius dulcedine accensi, cogimur quaedam facere ante quam  
12 nosse. Erat autem antiquitus institutum, ut a maioribus natu  
13 non auribus modo verum etiam oculis disceremus, quae facienda  
14 mox ipsi ac per vices quasdam tradenda minoribus haberemus ...  
15 Quae potestas referentibus, quod censentibus ius, quae vis  
16 magistratibus, quae ceteris libertas, quod silentii tempus,  
17 quis dicendi modus, quae distinctio pugnantium sententiarum,  
18 omnem denique senatorium morem (quod fidissimum percipiendi  
19 genus) exemplis docebantur. At nos iuvenes ... prospeximus  
20 curiam, sed curiam trepidam et elinguem, cum dicere quod  
21 velles periculosum, quod nolles miserum esset.  
22 Quid tunc disci potuit, quid didicisse iuivit, cum senatus  
23 aut ad otium summum aut ad summum nefas vocaretur, et modo  
24 ludibrio modo dolori retentus numquam seria, tristia saepe  
25 censeret? Eadem mala iam senatores, iam participes malorum  
26 multos per annos vidimus tulimusque; quibus ingenia nostra  
27 in posterum quoque hebetata fracta contusa sunt. Breve tempus  
28 (nam tanto brevius omne quanto felicius tempus) quo libet  
29 scire quid simus, libet exercere quod scimus. Quo iustius  
30 peto primum ut errori, si quis est error, tribuas veniam,  
31 deinde medearis scientia tua cui semper fuit curae, sic iura  
32 publica ut privata sic antiqua ut recentia sic rara ut adsi-  
33 dua tractare. Atque ego arbitror illis etiam, quibus plurima-

34 rum rerum agitatio frequens nihil esse ignotum patiebatur,  
35 genus quaestionis quod adfero ad te aut non satis tritum aut

Herbst 1990

- 2 -

---

36 etiam inexpertum fuisse. Hoc et ego excusator si forte sum  
37 lapsus, et tu dignior laude, si potes id quoque docere quod  
38 in obscuro est an didiceris.

## II. Sprachliche Erläuterungen

1. **'debebas'** ist eine Konjektur von Gronovius; überliefert ist **'debeas'** (Z.5). Nehmen Sie Stellung zur Überlieferung!
2. Nennen und benennen Sie sprachlich-stilistische Erscheinungen, die diesen Text als plinianisch und damit der 'silbernen Latinität' zugehörig ausweisen!